

Die Benedictinerabtei des hl. Vitus zu M. Gladbach und die Bursfelder Congregation.

Von P. Corbinian Wirz, O. S. B. Merkelbeek.

Im Jahre 1505 bestieg den äbtlichen Stuhl des alten Benedictinerklosters zu M. Gladbach der tüchtige Aegidius von Boholz, ein Studiengenosse des späteren Papstes Hadrian VI. Wie in vielen anderen Klöstern traten auch in der Abtei des hl. Vitus in der damaligen Zeit Bestrebungen zur Wiederherstellung der Ordenszucht auf und fanden diese in dem neuen Abte Aegidius einen Freund und Vater, der sie in die richtigen Bahnen einlenkte. Mit Hilfe der Aebte von Brauweiler, Deutz und St. Martin erreichte er den Anschluss an die Bursfelder Congregation. Von St. Martin aus kamen 6 Mönche nach M. Gladbach, um die Ordenszucht wiederherzustellen. Der Abt Aegidius begab sich bereits 1511, also kaum sechs Jahre nach seiner Erwählung, nach Brauweiler, wo am Bartholomäustage unter grosser kirchlicher Feier in Gegenwart verschiedener Prälaten der Anschluss Gladbachs an die Congregation von Bursfeld feierlich vollzogen wurde. Bei dieser Gelegenheit hielt Abt Georg von Pegau bei Merseburg das Pontificalamt und Abt Gerhard von Tholey bei St. Wendel die Festpredigt.

Als Schreiber dieses vor einigen Monaten, durch die Güte des Herrn Oberpfarrers Krichel in M. Gladbach, Gelegenheit hatte, in das noch vorhandene Archiv der Abtei Einsicht zu nehmen, fand sich dort ein Manuscript, in dem ganz genau die Unterschiede angeführt waren zwischen den Gebräuchen, resp. Vorschriften der Congregation und denjenigen der Abtei M. Gladbach, welche uns einen ganz interessanten Einblick in das innere Leben der damaligen Klöster unseres Ordens gewähren und welche ich deshalb hiemit veröffentliche. Die Abfassung des Manuscriptes fällt nach meiner Ansicht in das letzte Viertel des siebenzehnten Jahrhunderts und dürfte vielleicht für das im Jahre 1683 in M. Gladbach gehaltene Generalcapitel der Bursfelder Congregation aufgestellt worden sein. Jedenfalls ist es nach dem Jahre 1680 zu setzen, da in dem Manuscript die Rede ist von dem D. Abbas p. m., welcher das Kloster neu aufgebaut habe und dies war Abt Bruno Charmans, ein geborener Gladbacher, der der Abtei von 1659 bis 1680 vorstand. Da er ferner nur als D. Abbas p. m. bezeichnet ist, dürfen wir wohl annehmen, dass es der unmittelbare Vorgänger des Abtes war, unter welchem das Manuscript abgefasst wurde, da sonst gewiss der Name des Abtes Bruno angegeben wäre. Wer der Schreiber des Manuscriptes ist, wird sich wohl nicht ermitteln lassen, und habe ich nirgends einen Anhaltspunkt dafür gefunden.

Im Nachstehenden ist das Manuscript nun genau übereinstimmend mit dem Original wiedergegeben.

Distinctionis I. Caput I.

De Praeside, ejus Auctoritate et Electione.

Hoc Caput Praesidens principalis non poterit observare, nisi super Abbates habeat potestatem talem ad minus, qualis datur Provincialibus tam Mendicantium, quam non Mendicantium Religiosorum in Superiores suarum Provincialiarum.

Distinctionis 3^{tiae}. Capite 1. Numero 4.

Prior neminem degradabit, nisi pro humilitatione ad tempus.

Glabaci hoc non praeticatur, quia est directe contra Caput 63, S. Regulae: de Ordine Congregationis, ubi soli Abbati ista potestas a S. P. Benedicto data est,

Item Distinctionis 3^{tiae}. Capite 3. Numero 5.

Magistro Novitiorum licet loqui sibi commissio pro eorum instructione locis et horis competentibus, sed non in cellis.

Glabaci semper fuit moris, quod Magister Novitiorum, non solum in sua cella, sed etiam in ipsorum Cellis, cum ipsis loqueretur.

Item Distinctionis 3^{tiae}. Capite 4. Numero 9.

Cellarius tenebitur, quantum fieri potest quotidie ad meditationem, conventuale sacrum et Completorium et in Dominicis et festivis diebus ad totum officium, et in duplicibus ad Matutinum, si possit venire.

Glabaci a Cellerariis p. m. et a moderno non fuit practicatum, nec congrue observari potest ob diversas ejus occupationes.

Distinctionis 4^{tiae}. Capite 3. Numero 7.

Novitii et fratres iuniores sub Magistro, finita lectione mensali veniam capiant, sacerdotes vero tantum si legendo erraverint.

Glabaci lector mensae sive fuerit ex iunioribus, sive ex senioribus, finita lectione in fine mensae, debet si humiliare in medio refectorii, licet numquam in legendo erraverit.

Distinctionis 5^{tae}. Capite 5. Numero 2.

Poterit Abbas in Monasterio praesens, si labores manuales aut Chorales aliquando graviore fuerint, ex discretione alterum colloquium, sed non ordinarie addere.

Gladbaci ex antiqua consuetudine, imo ex ordinatione D.D. Visitorum feriis tertiis et quintis post prandium usque ad 3 quadrantem ante tertiam, haberunt colloquium, ut fratres tanto alacriores essent in Divinis, quae Gladbaci non solum de die, sed etiam de nocte in duplicibus minoribus cum notis, Venite scilicet: hymni, Te Deum, et integrae Laudes cantantur alte et tractim; et in semiduplicibus: Te Deum, Evangelium et Laudes a Capitulo. Continuumque est studium philosophicum et Theologicum.

Distinctionis 5^{tae}. Capite 5. Numero 6^{to}.

Si relaxandi animi occasione cum licentia Abbatis foris adunati exeant etc., ne vagentur alia etc.

Nr. 7. ibidem dicitur: Mitti etiam ad alia religiosae recreationi apta loca fratres possunt.

Item Nr. 8. Indulgemus praeterea, sed revocabiliter, ut fratribus nostris exceptis diebus communionis et profestis maiorum festivitatum, item extra Quadragesimam et Adventum, similiter feria 4^{to} et 6^{to} per totum annum exceptis deambulatio intra claustra loco et termino ab Abbate constituendo, exceptis sub Magisterio constitutis, ad mediam horam permitti possit, ut animum nonnihil remittant.

Gladbaci hoc est aliquid rari, nam singulis annis semel tantum pro decutiendis pomis ad villam pastoris nri, domum dotis vocatam, ex antiqua consuetudine ire solemus; prius tamen Prior debet adhuc instare apud D. Abbatem. Sed et ista in Statutis indulta deambulatio, hic Gladbaci est totaliter peregrina et inusitata.

Distinctionis 5^{tae}. Capite septimo. Numero primo.

Jejunium regulare districte ab omnibus est observandum, cum loco coenae solo pane et haustis usitato reficimur, potest tamen

Gladbaci ex antiqua consuetudine, uti ex Ordinatione D.D. Visitorum ob suprascriptos Gladbacenses labores grandes in

per totum annum excepta feria
6^{ta} addi butyrum vel caseus.

diurno et nocturno divino officio
et ob continuum studium, ha-
buerunt semper per totum je-
junium regulare feriis tertiis et
quintis vesperi mediam portio-
nem. et reliquis diebus tantum
butyrum vel caseum.

Distinctionis quintae, Capite 9. Numero 3^{to}.

Praesidens deputet unum vel
duos e fratribus, qui horis, qui-
bus vacandum est lectioni per
totum annum saepius circumeant
inter claustrum et officinas ejus,
explorando, si forte sint otiosi etc.

Glabdaci moris semper fuit,
ut Prior tempore lectionis ob-
servaret seniores, et P. Magister
sibi commissos.

Distinctionis quintae, Capite 10. Numero 1^o.

Regulariter observandum est,
ut egressurus Minister mensae
lavet, et ingressurus tergat et
osculetur fratrum pedes

Glabdaci Frater hebdomada-
rius (: qui semper per ordinem
est ex fratribus sub Magisterio
constitutis :) lavet pedes fratrum;
et minister mensae (: qui non so-
lum ex iunioribus, sed etiam ex
senioribus per ordinem existit :)
tergat et osculetur fratrum pedes.

Distinctionis quintae, Capite 15. Numero 2.

Omnes Abbati adveniēti cum
inclinatione, Priori vero sine
dicta inclinatione assurgent.

Glabdaci id Abbati praestite-
runt semper, sed Priori adve-
nienti ad actus conventuales non
assurrexerunt, sed reverenter de-
teterunt sua capita tantum.

Item Distinct. 5. Capite 15. Numero 3^o.

Qui in collatione post datam
benedictionem occurrerit, signo
manus bibendi licentiam petet.

Glabdaci a sero venienti tum
ad collationem, quam ad Coenam
et prandium, plus exigitur, ut
scilicet in medio refectorii ante
Praesidem signo manus licentiam
petet, et post se humiliet et a
praeside signo pedis iussus sur-
gere, denuo post orationem, ante
mensam contra locum suum,
factam, signo manus licentiam
petat sedendi et se reficiendi.

Distinctionis quintae, Capite 16, Numero 3o.

Tam fratres quam officiales interni et externi seu expositi, imo ipsi Superiores menstruum et annum in Conventu sequestrati ab aliis recollectionis diem servabunt.

Hoc Gladbaci hactenus non fuit practicatum.

Distinctionis sextae, Cap. 1. paragrapho 4. Numero 3.

Si quis verbo vel facto quid egerit coram extraneis, unde illi verisimiliter occasionem scandali hausissent, quamvis alias res ipsa non videatur gravioris culpae apud Deum, tamen in eo casu absolvendus remittatur ad Abbatem.

Hoc videtur superfluum ob sequentem rationem. Quia uti praefertur, actus dictus non est gravioris culpae ex se, licet scandalum passivum apud extraneos exortum sit; ex quo ergo fundamento, Ordinarius confessarius non posset aut debere talem absolvere sed illum remittere ad Abbatem; maxime, cum in praefato paragrapho 4o numero 4o recenseantur Casus graves, a quibus solus Abbas iuxta Constitutionem Clementis papae 8vae absolvere possit, inter quos dictus casus non reperitur.

Distinctionis 6. Capite 1mo. paragrapho 5o. numero 2o.

Presbyteri nostri in Monasterio praesentes, ut si non quotidie, saltem saepius immaculatum sacrificium Deo offerant, hortamur.

Gladbaci, ex praxi antiqua, infirmis notabiliter et graviter exceptis, sacerdotes omnes quotidie celebrant, excepta etiam alia causa legitima, Priori tamen praevis indicanda; qui secus fecerit, poenitentiam non evadit, utpote qui animam suam jejunam reliquit.

Distinctionis 6. Cap. 3. paragrapho 8. Numero 2.

Seroveniens post gloriam 1. psalmi ad opus dei accepto praesidis signo licentiaque eundi ad locum suum, veniam petat super formam, si superius stet, vel super sedilio si inferius ante formas stare consuevit. Simili modo ve-

Gladbaci uterque seroveniens et ante et post gloriam primi psalmi debet plus quam praefata statuta praescribunt, facere; non solum debet veniam petere super formam aut super sedile, sed etiam et quidem praevis debet

niam petat in loco suo omnis, qui inchoata opere Dei praevenit gloriam primi psalmi.

in medio ferme chori, prope librorum promptuaria osculari terram prostratus.

Item Distinctionis 6. Cap. 3. paragrapho 8. Numero 4.

Serovenientes post gloriam primi psalmi ad Completorium, permaneant ante gradus altaris satisfaciētes, exceptis lectore mensae et servitore, portario, cellerario, infirmario, aliisque per officia aut per Abbatum occupatis.

Gladbaci est uniformitas inter serovenientes, omnes enim isti officiales in statutis nominati, debent ante gradus altaris permanere satisfaciētes, sicuti alii in nullis officiis existentes.

Item Distinctionis 6. Cap. 3. paragrapho 8. Numero 8.

Sacrista, si quid pro ministerio officii sui breviter foris expedire habeat, absque speciali licentia exire poterit mox reversus.

Gladbaci sacrista et subscrista solent petere licentiam signo manus, dum etiam vocant ex schola iuvenem pro ministerio altaris.

Item distinctionis 6. Cap. 5. paragrapho 2. numero 5.

Qui urgente qualibet necessitate exire debet refectorium, petat licentiam inclinatus manu pectori admota.

Gladbaci dum confiteri volunt, faciunt istam Caeremoniam parum inclinando se reverentiae ergo, adversus Confessarium, manu pectori admota; sed si ex refectorio, choro, capitulo aut ex alio actu conventuali quis exire debeat, petit licentiam eundi, manum ferme applicando ad os, ut sic sit distinctio in petendo licentiam exeundi et petendo confessarium.

Item distinctionis 6. Cap. 5. paragrapho 2, numero 14.

Post refectionem dum pervenerint ad loca sua in Ecclesia, possunt denuo Capita sua tegere donec psalmus Misererē cum gloria finitus fuerit.

Gladbaci sub integro psalmi Miserere, sive in Capitulo tempore ieiunii regularis, sive in ecclesia per totam aetatem legatur post refectionem, manemus semper detecti.

Item distinctionis 6. Cap. 6. paragrapho 1. numero 1.

Abbas cum communi fratrum refectio-
ni adest, flocco indutus compareat.

Glabaci D. Abbas quotiescumque in refectorii se reficit, conformat se conventui, absque flocco comparens.

Item distinctionis 6. Cap. 6. paragrapho 1. Numero 13

Habitus Conversorum est Cap-
pa longa et rotunda instar palii
ab anteriore parte aperta, ca-
putium habens per omnia simile
caputio flocci regularis.

Glabaci talis habitus, quia
inauditus numquam concessus
est conversis, qui etiam conversis
valde incommodus esset.

Item Distinctionis 6. Cap. 7. paragrapho 1. numero 3.

Januae Cellarum sint medio-
criter cancellatae, vel ita dispo-
sitae, ut a transeuntibus, maxime
a superiore notari possunt, an et
quomodo se occupent.

Glabaci D. Abbas p. m. dum
Conventum ex fundamentis de
nova extruebat, noluit januas
cancellatas, quia sciebat esse
occasionem transgressionis si-
lentii, dissolutionum in signis et
corrisionibus aliarumque trans-
gressionum sibi satis notarum,
dicebatque Superiores equidem
posse bene observare in cellis
fratres existentes, si per clavem
[: hanc enim semper fratres in
cellis existentes, debent relin-
quere et dum exeunt e sera
extrahere :] cito aperiant ostium.

Item distinctionis 6. Cap. 7. paragrapho 7. Numero 8.

Camini et fornaces in nullius
cella habeantur, sed omnes in
communi calefactorio calefaciant,
legant et studeant, ut ob prae-
sentiam Prioris disciplina melius
observetur.

Glabaci P. Prior et D. Pastor
hactenus semper habuerunt for-
nacem in hypocausto adiuncto
cellae eorum.

Item distinctionis 6. Cap. 7. paragrapho 2, numero 2.

Finito Completorio fratres in-
trabunt cellas et reollectioni
vacabunt.

Glabaci immediate post Com-
pletorium recolligunt se, id est
examine conscientiae student,

per quadrantem circiter horae, uti in choro post horam, summo sacro celebrante, decantandam, per medium quadrantem facere solent in choro.

Item distinctionis 6. Cap. 8. paragrapho 1. Numero 2.

Qui certa ex causa sub actuali refectione exierit, si revertatur, antequam conventus exeat, reficere se pergat, quem nec conventus expectet, nec ille, licet surrexerint fratres, comedere desinat.

Glabdaci talis revertens permittitur se expedire, ut cum aliis exire possit, supple, si sufficiens tempus habeat ad se reficiendum, si vero in fine mensae venerit, continuat refectionem suam, ita tamen, ut ob respectum totius Conventus surgentis, ipse quoque surgat ex loco suo, stetque ante mensam cum aliis, dum Conventus post mensam gratias agit et Conventu exeunte, resideat iste seroveniens denuo et absolvat refectionem suam, qua absoluta solus gratias agat.

Distinct. 8. Cap. 4^{to}. Numero quarto.

Itinerantes ante et post exitum prope Analogium ante gradus flexis genibus benedictionem petant.

Glabdaci non flexis genibus, sed uti lector mensae, itinerans, inclinatus accipit benedictionem. Si tamen ab Abbate extra chorum accipit benedictionem, id fit tunc flexis genibus.

Distinct. 9. Cap. 2. paragrapho 5, Numero 1.

Ad jejunia feriae 4^{tae} per Adventum et feriae 6^{tae} per anni circulum Fr. Fr. laicos donatos nequaquam volumus esse obligatos.

Glabdaci Fr. Fr. laici praeter braxatorem et pistorem non habent magnos labores, hinc contentantur communiter refectorii portione.

Ausser obigem Manuscript fand ich noch ein zweites, das uns bekannt macht mit den Gebräuchen der Abtei Gladbach beim Tode eines der Bewohner des Hauses, welches Manuscript ich in der nächsten Nummer der „Studien“ zu veröffentlichen gedenke.